



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. Quinam admittantur ad accusandum Matrimonium, vel testificandum
contra illud?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

nix habebantur, quod essent maritus & uxor. Tertiò si probet, quod parentes se tractabant, ut maritus & uxor; & quamvis parent aliqui solam famam sufficere ad probandam legitimitatem, saltem mortuis parentibus. Negant tamen hoc alij, videatur *c. transmissa 3. h. t.*

ubi assertioni parentum statur contra legitimos natales, &c. *Per tuas 12. eodem* ubi testium depositioni magis deferitur, quàm famæ vicinix, & quæ dicta sunt de probatione filiationis in *L. 2. Decret. Tit. 19. §. 7.*

TITVLVS XVIII

QUI MATRIMONIUM ACCUSARE POSSINT VEL CONTRA ILLUD TESTIFICARI.

§. I.

Quinam admittantur ad accusandum Matrimonium, vel testificandum contra illud?

Stagatur contra matrimonium ad separationem thori propter adulterium, solus ad accusandum admittitur Coniux innocens, quia hujus tantùm, non autem alterius interest. Si verò agatur ad separationem vinculi matrimonialis, ob hujus scilicet nullitatem, propter impedimentum consanguinitatis v. g. primò omnium admittuntur parentes ad accusandum, & his deficientibus proximiores consanguinei, ac post hos etiam extranei, præsertim maturiores & antiquiores vicinix; & si conjugum tantùm interfit valere, vel non valere matrimonium, vel si impedimentum sit, in quo se ipsos iurare possunt conjuges, uti est impedimentum erroris, impotentix v. g. soli conjuges ad accusan-

dum admittuntur, cum hi possint, si non velint ut conjuges, saltem ut frater & soror cohabitare. Omnes autem, qui admittuntur ad accusandum, admittuntur etiam ad testificandum, pro, vel contra matrimonium, dummodo alii sint idonei testes, ita tamen ut etiam Parentes & Consanguinei &c. in causa consanguinitatis v. g. testificari possint, prout sumitur etiam ex *c. Videtur 3. h. t.* (cum tales præsertim Genealogiam suam nosse videantur, & idem possit esse testis, qui fuit accusator, aut denunciator prout ex variis iuribus *caus. 35. q. 6.* patet.

§. II.

Quinam ab accusatione Matrimonij sunt repellendi?

Respondetur, repelli debent primò ab accusando matrimonium, qui propter quæstum accusationem intendunt. *c. Significante 5. h. t.* cum talis accusatio non fiat ex bono zelo, & collusionibus obnoxia sit. Secundò repelli debent,

Ttt 3

debent,